Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-195982-p0001-6

diese Ausg. 00.
(Ausg. 1568 = Be 1224, 4°)
Oe

Ex fisco
Bibliothecæ nostræ scholasticæ
hoc Avenarii Lexicon
comparatum est.

Martisburgi clↄ Iↄccl.

FM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-195982-p0002-1

IESV CHRISTI

DEI ET MARIAE VIRGINIS FILII VITA SANCTISSIMA.

EX

QVATVOR EVANGELISTIS CONTRACTA

& in

ORDINEM ATQVE TABVLAS REDACTA

QVO

Singula facilè & oculis luſtrari & memoria comprehendi poſsint

Cum annotatione

Anni Menſis & Diei in quo Chriſtus quid *vel dixit vel fecit.*

Studio & opera

BARTHOLOMAEI RADTMANNI
S. TH. D. & Academiæ Francofurtanæ Profeſſoris.

Francofurti ad Oderam,

TYPIS FRIDERICI HARTMANNI Bibliopolæ & Typographi.

ANNO

CIↃ. IↃ. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-195982-p0003-7

VIRO MAGNIFICO

ANTIQVA NOBILITATE ET CORPORIS ANIMIQVE BONIS PRÆCLARO

DOMINO

RICHARDO A SCHVLENBVRK

Dn. in

Lubenav, Liebroſa, Loknitz, Penkun, Straupitz, &c.

Mecœnati & patrono meo obſervando Salutem d.

QVæ per ſe præſtantia ſunt & utilitatem habent inſignem, vir Magnifice & Nobiliſsime, ea a præſtantibus & cordatis viris talia ſemper agnoſcuntur, ac proinde quovis tempore illis grata ſunt: at tum præcipue quando oportune offeruntur. Oportune autem res tum offeruntur, cum illis egemus vel maxime. Iam quid melius, quidque utilius ullo tempore viris Chriſtianis ipſa VITÆ CHRISTI FILII DEI hiſtoria eſſe poterit? quæ tanto nunc eſſe debet omnibus acceptior; quanto turbulentiora ſunt in quæ incidimus tempora; quibus Chriſtiani homines vexantur animo, torquentur corpore crudeliter. Si enim paululum orbem univerſum contemplemur, facile videbimus, quomodo multi è dulci patria pellantur, bonis omnibus priventur, ornamentis atq; ampliſsimis dignitatibus ſpolientur, multis denique & recens excogitatis artibus, in varias curas & diſcrimina conijciantur. Merito igitur hac tempeſtate IESV CHRISTI hiſtoriam imprimis neceſſariam exiſtimamus: quippe quæ & conſolandi & corroborandi vim habet maximam. Etenim ab ipſo non ut à cæteris mortalibus, quorum dicta ſapientiſsima, & facta fortiſsima, hiſtoriæ diligenter referunt, ea tantum diſcimus, quæ ad hanc mortalem vitam recte inſtituendam & feliciter finiendam faciunt: ſed etiam quid iis quæ modo diximus malis opponamus: & inprimis quomodo poſt hanc vitam æternum cum Sancta Trinitate vivamus. Enimvero hic eſt θεάνθρωπος, cæteri nudi ſunt homines: illius gratia omnes reliqui; hic nullius ope indiget. Itaq; etiam qui vixerunt pij homines inde ab initio mundi, uſq; ad hæc tempora, ſe libenter vbi DEVS voluit in exilium pelli paſsi ſunt: Quod exulem CHRISTVM primum fuiſſe ſcirent: libenter bona ſua omnia prædonum manibus conceſſerunt; cum idem CHRISTVS fecerit: patienter præſentiq; animo graviſsima quæq; mala pertulerunt & mortis diſcrimina ſubierunt: Quod CHRISTVM paſſionum ſuarum haberent Principem. His ergo cauſis motus ſtudioſis pietatis conſulere cupiens, omnia ea quæ ad hanc rem pertinent ex Evangeliſtis, horis ſucciſivis volui colligere: priuatim illis & ordine proponere: & demum in haſce præſentes tabulas, vt oculis luſtrari & comprehendi memoria facillime poſſent, contrahere & includere. Cæterum in hac VITÆ CHRISTI delineatione non modo loca ubi ea quæ CHRISTVS vel dixit vel fecit, mox ſuis ſedibus apud Euangeliſtas reperiantur oſtendi; ſed etiam notationem cum anni tum menſis & diei adieci: cumq; in hoc poſtremo, & veterum & recentium rationem valde diſcrepantem cernerem, ex diligenti circumſtantiarum & auctorum collatione, id elegi, quod veritati magis conſentaneum videbatur: inprimis autem in plerisq; viri clariſsimi & Mathematici Excellentiſsimi Dn. Bartholomæi Schulteti amici mei & ad finis honorandi calculum, Calendarijs ſuis quibusdam ante annos aliquot editis, inſertum, retinui. Operæ ne precium fecerim neſcio; id ſcio voluiſſe me plurimorum vtilitati conſulere: quod an aſſecutus ſim, judicabunt Candidi harum tabularum contemplatores. Spero equidem boni conſulturos, ſi quid minus quam vellent præſtiterim, & addituros quæ omiſſa eſſe videbuntur. Mihi abunde fuerit inſervijſſe Theologiæ tyronibus, & occaſionem dediſſe diſcentibus.

Verum enimvero cum amici quidam mei apud me inſtarent, vt hunc qualemcunque meum laborem horis ſucciſivis natum & utilitati ſtudioſorum deſtinatum, publicum facerem: vel ob eam cauſam id à me impetrari facile paſſus ſum, quod ſentiam eo me non impedire honeſta ſtudia, neque Eccleſiam aliqui ærumnoſam lacerare; quod, proh dolor, hodie multi faciunt, qui vulgo ſcripta acerbitatis, ne

dicam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-195982-p0005-9

dicam impietatis pleniſsima obtrudunt. Tibi vero vir Magnifice & nobiliſsime Patrone obſervande, hoc quicquid eſt inſcribere volui, vt ex hac animi mei erga te teſtificatione, intelligas quo te in loco habeam & quanti te faciam. Nam vt omnes quibus notus es te admirantur, non modo quod tuis Virtutibus egregijs ſplendorem illum familiæ tuæ antiquiſsimæ & nobiliſsimæ, plurimum illuſtras: ſed etiam propter gravitatem ſingulari comitate humanitate & candore temperatam: propter prudentiam denique, juſtitiam & in pauperes liberalitatem ac munificentiam: ita & ego has ſummas in te virtutes ſuſpicio & veneror: meque tibi plurimum debere ſentio, pro eo animo, quem mihi ſemper rebus meis juvandis & ſtudijs provehendis obtuliſti: & in primis nuper cum hic eſſes adeo humaniter ſuaviter & prolixe declaraſti. Accipe ergo ô SCHVLENBVRGI lumen nobilitatis illuſtre, exiguum hoc animi mei benevoli, quod pia mente offero pignus: & inter graves tuas variasque diverſarum rerum curas, Sanctiſsima hæc dicta & facta CHRISTI inſpiciendo, ac eadem cum eius paſsione, Morte Reſurrectione & Aſcenſione contemplando, animum tuum generoſum refice & oblecta: meque una cum hiſce quę exhibeo in tutelam & patrocinium tuum recipe, & res meas ſtudiaque juvare & promovere non deſine. Sic enim & vitiligatorum (Si qui forte ſint) obtrectationes, plane nihil pertimeſcam, quando Magnificentiam tuam nobiliſsimam & præſtantiſsimam, aduerſus eos velut præſentiſsimum φιλακτήριον opponere potero: meoque admovebitur animo non mediocris ardor, ut quæ ſub manibus habeo alia, aliquanto quam hæc ſunt in lucem prodeant DEO juvante comtiora & ornatiora. DEVS optimus maximus, vt Magnificentiam tuam Nobiliſsimam in tranquillo & florenti rerum ſtatu, vna cum conjuge Nobiliſsima ſuaviſsima, & filio cariſsimo, hærede vnico & paternarum virtutum imitatore ſtrenuo, Dn. IOACHIMO, quam diutiſsime conſeruet, omnique re optata beet, comprecor. Francofurti ad Viadrum Cal. Sextil. Anno ultimi temporis 1600.

Tuæ Magnificentiæ Nobiliſs.æ

Obſeruantiſs:

Bartholomæus Radtman D.

VITA

DN. ET SALVATORIS GENERIS HVMANI IESV CHRISTI EX QVATVOR Euangeliſtis contracta, & in tabulas redacta.

SANCTI EVANGELISTAE chriſtum deſcribunt ab

- **I. ORTV HOC eſt a Generatione**
  - ÆTERNA Iohan 1. v. 1. ad 6.
  - TEMPORALI Hæc complectitur
    - MAIORES
      - MATTH. 1. v. 1. ad 18.
      - LVCAE 3. v. 23. ad finem.
    - CONCEPTIONEM Quæ
      - *facta eſt* An. M. 3970 / 25. Martij / Die Mercurij;
      - *Deſcribitur* Matt. 1. v. 18. ad finem / Lucæ 1. v. 26. ad 39.
    - NATIVITATEM Quæ
      - *incidit in* An. M. 3970 / 25. Decembr. / Die Saturni
      - *Deſcribitur.* Lucæ 2. v. 1. ad 21.
- **II. INFANTIA vbi indicant eius.**
  - CIRCVMCISIONEM Quę
    - *facta eſt* An. æt. 1. / 1. Ianuarij / Die Saturni
    - *Deſcribitur* Lucæ 2. v. 21.
  - OBLATIONEM *in templum Quæ*
    - *facta eſt* An. æt. 1. / 2. Februarij / Die Mercurij
    - *Deſcribitur* Lucæ 2. a. v. 22. ad 40.
  - MAGORVM CVM muneribus aduentum Qui
    - *fuit* An. æt. 2 / 6. Ianuarij / Die Iovis
    - *Deſcribitur* Matth. 2. a v. 1. ad v. 13.
  - FVGAM IN Ægyptum Quæ
    - *fuit* An. æt. 2 / 11. Februarij / Die Veneris
    - *Deſcribitur* Matth. 2. a v 13. ad 16.
  - INFANTICIDIVM HERODIS QVOD
    - *factum eſt* An. æt. 2 / 26. Februarij / Die Saturni
    - *Deſcribitur* Matth. 2. à v. 16 ad 19.
  - REVOCATIONEM & reditum ex Ægypto Qui
    - *contigit* An. æt. Chr. 2. / 29. Martij / Die Martis
    - *Deſcribitur* Matth. 2 v. 19. ad finem.
- **III PVERITIA vbi duo**
  - Incrementum in *Corpore* / *Animo* — Lucæ 2. v. 40.
  - Factum vnum ut diſputatio eius in templo cum DD. Quæ
    - *habita eſt* An. æt. 12 / A 3. Aprilis ad 5. Aprilis / Die Solis.
    - *Deſcribitur* Lucæ 2 a v. 41 ad 52.
- **IV ADOLESCENTIA** vbi tantum INCREMEHTVM in *Corpore* / *Animo* — Lucæ 2. v. 52.
- **V IVVENTVTE** & virili ætate Vide A.

A
In iuventute et Virili aetate indicantur eius.

- **BAPTISMVS** Qui
  - Inſtitutus
    - An. æt. 30
    - 6 Ianuarij vel 7 Octob.
    - Die Veneris
  - Deſcribitur
    - Matth. 3. à v. 13. ad finem.
    - Marci 1. v. 9. ad 12.
    - Lucæ 3. v. 21. ad 23.
- **IEIVNIVM QVADRA-geſimale** Quod
  - Cœpit
    - An. Chr. æt. 30.
    - 6. Ianuarij vel 7. Octobris iuxta aliquos
    - Die Veneris
  - Deſcribitur
    - Matth. 4 v. 1. & 2.
    - Marci 1. v. 12. & 13.
    - Lucæ 4. v. 1 & 2.
- **TENTATIO** Quæ
  - facta eſt
    - An. æt. 30.
    - 14. Februarij vel 16. Novembris
    - Die Martis
  - Deſcribitur
    - Matth. 4. à v. 3. ad 12.
    - Lucæ 4. à. v. 3. ad 14.
- **TESTIFI-cationes de ipſo**
  - DEI Patris in
    - Baptiſmo
      - An. æt. 30
      - 6. Ianuarij vel 7. Octobris
      - Die Veneris
      - Matth. 3. v. 17.
      - Marci 1. v. 9.
      - Lucæ 3. v. 11.
    - TRANSFIGVRATIONE
      - An. æt. 31
      - 29. Iulij
      - Die Martis
      - Matth. 17. v. 1. ad 9.
      - Marci 9. à v. 2. ad 9.
      - Lucæ 9. à v. 28 ad 37.
    - TEMPLO
      - An æt. 33
      - 29. Martij
      - Die Solis
      - Iohan. 12. à v. 27 ad 31.
  - HOMINVM VT
    - IOHANNIS
      - Primo
        - An. æt. Chr. 30
        - 6 Ianuarij vel 7. Octob.
        - Die Veneris
        - Iohan. 1. à v. 15. ad 19.
      - Secundo
        - An. æt 31
        - 15. Februarij vel 17 Nov.
        - Die Mercurij
        - Matth. 3. v. 11. & 12.
        - Iohan. 1. à v. 19. ad 29.
      - Tertio
        - An. æt. 30
        - 16. Febr. vel 18. Nov.
        - Die Iovis
        - Iohan. 1. à v. 29. ad 35.
      - Quarto
        - An. æt. 30
        - 16. Febr. vel 19. Nov.
        - Die Veneris
        - Iohan. 1. à v. 35. ad 37.
      - Quinto
        - An. æt. 30
        - 13. Aprilis
        - Die Iovis
        - Ioh. 3. v. 25 ad finem.
    - TVRBÆ
      - Quod ſit Propheta promiſſus & Chriſtus
        - An. æt. 33
        - 15. Octobris
        - Die Mercurij
        - Ioh. 7. v. 39 & 40.
      - Quod Lazarum vocaſſet ex ſepulchro.
        - An. æt. 34
        - 29. Maij
        - Die Solis
        - Ioh. 12. v. 17.
- **LOCVS** vbi cœpit concionari
  - An. æt. 31
  - 7. Maij
  - Die Solis
  - Matt. 4. à v. 12. ad 18
  - Lucæ 4. v. 15. & 16
  - Marci 1. v. 14 & 15.
- **DICTA** vide B.
- **FACTA** vide P.
- PASSIONES, ILLVSIONES, MORS, SEPVLTVRA — Vide S.
- Prodigia à morte, Reſurrectio, Apparitiones poſt reſurrectionem, Inſtitutio miniſterij, Aſcenſio — Vide T.

B DICTA Hæc complectuntur eius

- **CONCIones Quę ex genere Sermonis quo, vſus eſt, ſunt vel**
  - **APERtę, in his vel**
    - **Docet de**
      - **Auctoritate ſuæ doctrinæ**
        - An. æt. 33, 14. Octobris, Die Mercurij — Ioh. 7. v. 16, 17, 18
        - An. æt. 33, 18. Octobris, Die Saturni — Iohan. 8. v. 28.
        - An. æt. 34, 29. Maij, Die Solis — Ioh. 12 v. 49 & 50. 14. v. 24.
      - **Regno Dei**
        - An. æt. 31. 7. Maij, Die Solis, Matth. 4. v. 17.
      - **Beatitudine**
        - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 5. à v. 1. ad 13.
        - An. æt. 32. 16. Maij, Die Iovis — Lucæ 6. v. 17. ad 24.
      - **Cruce**
        - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 10. à v. 14. ad 40.
        - An. æt. 33, 5. Augusti, Die Saturni — Lucæ 14. à v. 25. ad finem.
      - **Diſcipulorum ſuorum officio**
        - An. æt. 31, 26. Maij, D. Veneris — Matt. 5 v. 15 & 16
      - **Legis vero intellectu & impletione**
        - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 5 v. 17 18 & 19.
        - An. æt. 34, 21. Martij, Die Saturni — Lucæ 16. v. 17.
      - **Præcepto**
        - **Non occides**
          - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 5. v. 21. ad 27.
        - **Non mœchaberis**
          - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 5. à v. 27 ad 33.
          - An. æt. 33, 9. Augusti, Die Saturni — Matth. 18. v. 9. Marci 9. v. 47.
          - An. æt. 34, 21. Martij, D. Saturni — Lucæ 16. v. 18.
        - **Nō peierabis**
          - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 5. v. 33. ad 43.
      - **Dilectione proximi**
        - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 5 v. 43. ad finem.
        - An. æt. 32, 16. Maij, Die Iovis — Lucæ 6. v. 34.
      - **Eleemoſynis recte erogandis**
        - An. æt. 31, 26. Maij, Die Mercurij — Matth. 6. v. 1. ad 5.
        - An. æt. 34, 12. Martij, Die Iovis — Lucæ 12. v. 33. & 34.
      - **Precatione**
        - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 6. v. 5. ad 16. 7. v. 7. ad 12.
        - An. æt. 34, 12. Martij, Die Solis — Lucæ 11. à v. 1. ad 14.
        - An. æt. 34, 2. Aprilis, Die Iovis — Ioh. 14. v. 13.
      - Vide C.
    - *Hortatur*, *Dehortatur* — Vide D
    - *Reprehendit*, *Exprobrat*, *Teſtificatur*, *Conſolatur* — Vide E
    - *Vaticinatur* — Vide F
  - **TECTÆ vide G**
- **COLLOQVIA VIDE H.**

C De

Via ad ſalutem ſtudioque pietatis cum profeſsione nominis conjungendo.	An. æt. 31 26. Maij Die Veneris	Matth. 7 v. 13 ad 24.
	An. æt. 34 18. Martij Die Mercurij	Lucæ 13. v. 24 ad 31.
Regula Juſtitiæ; ſiue lege caritatis.	An. æt. 31 26. Maij Die Veneris	Matth. 7 v. 12.
	An. æt. 32. 16. Maij Die Iovis	Lucæ 6 v. 31. 32 & 33.
Studio præſtandi ſermones ſuos	An. æt. 31 26. Maij Die Veneris	Matth. 7. v. 24 ad finem.
	An. æt. 32 16. Maij Die Iovis	Lucæ 6, v. 47.
De ſua & Prophetarum fortuna in patria.	An. æt. 31. 10. Nouembr. Die Saturni	Marci 6. v. 1. ad 7.
	An. æt. 31 29. Novembr Die Saturni	Lucæ 4. v. 24.
Humilitate	An. æt. 33 9. Auguſti Die Saturni	Matth. 18. v. 3. 4. 5. Marci 9. v. 35. 36. & 37. Lucæ 9 v. 46. 47 & 48.
Infantibus.	An. æt. 33 22. Martij Die Solis	Matth. 19. v. 13. 14 & 15. Marci 10. v. 13. ad 17. Lucæ 18. v. 15. 16. & 17.
Divicijs & divitibus.	An. æt. 33 22. Martij Die Solis	Matth. 19. v. 23. 24. 25 & 26. Marci 10. v. 23. ad 28.
Mercede quæ datur aliis bene facientibus in Chriſti nomine.	An. æt. 33 22. Martij Die Solis	Matth. 19. v. 27. Marci 10. v. 28 ad 32. Lucæ 18. v. 28.
Primatu.	An. æt. 33 22. Martij Die Solis	Marci 10. v. 42. 43. 44 & 45.
	An. æt. 34 21. Martij Die Iovis	Lucæ 22 v. 24 ad 31.
Efficatia fidei.	An. æt. 34 31. Martij Die Martis	Marci 11. v. 22. & 23.
Dicto Eſaiæ 61 v. 1 Spiritus DOMINI ſuper me &c.	An æt. 32 10. Nouembr Die Saturni	Lucæ 4. v. 16. ad 23.
Invitandis ad convivium.	An. æt. 34 21. Martij Die Saturni	Lucæ 14. v. 12. 13. & 14.
Pane vivifico & ratione conſequendæ Salutis.	An. æt. 34 5. Aprilis Die Saturni	Iohan. 6. v. 35. ad 59.
Fide & incredulitate.	An. æt. 34 30. Martij Die Lunæ	Ioh. 12. a v. 44. ad 49.

D

- *Hortatur ad*
  - Perſeverantiam in oratione — An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 7. v. 7. & 8.
  - Conſtantiam in cruce
    - An. æt. 32. 15. Maij, D. Mercurij — Matth. 10. v. 16. ad 42.
    - An æt. 34, 12. Martij, Die Iovis — Lucæ 12. v. 11. 12. & 32.
    - An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Matth. 13 v. 11. ad 14. Lucæ 21 v. 13 ad 20.
  - Doctrinæ puritatem — An. æt. 33, 9. Auguſti, D. Saturni — Marci 9. v. 50.
  - Modeſtiam
    - An. æt. 34, 23. Martij, Die Saturni — Lucæ 14 v. 7.
    - An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Matth. 23 v. 8. ad 13.
  - Phariſæorum doctrinam attendendam non vitam illorum imitandam — An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Matth. 23 v. 1. ad 8.
  - Reſipiſcentiam — An. æt. 31. 7. Maij, Die Solis — Matth. 4. v. 17.
  - Fidem — An. æt. 34, 30. Martij, Die Lunæ — Matth. 21. v. 21.
  - Quærendum regnum Dei — An. æt. 34, 12. Martij, Die Iovis — Lucæ 12. v. 31.
- *Dehortatur a*
  - Studio opum & Avaritia
    - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 6. v. 19.
    - An. æt. 34, 12. Martij, Die Iovis — Lucæ 12. v. 15.
    - An. æt. 34, 22. Martij, Die Solis — Lucæ 18. v. 22. ad 31.
  - Solicitudine victus & amictus corporalis
    - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 6. v. 24. ad finem
    - An. æt. 34, 12. Martij, Die Iovis — Lucæ 12. v. 22. ad 31
  - Diffamatione proximi & temerario judicio — An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 7. v. 1. ad 6.
  - Non docendo Euangelio ex profeſſo impœnitentibus — An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 7. v. 6
  - Falſis Prophetis — An. æt. 34, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 7. v. 15. ad 21.
  - Non ſectanda impietate multitudinis
    - An. æt. 31, 26. Maij, Die Veneris — Matth. 7. v. 13.
    - An. æt. 34, 18. Martij, Die Mercurij — Lucæ 13. v. 24.
  - Scandalis & offendiculis
    - An. æt. 33, 9. Auguſti, Die Saturni — Matth. 18. v. 6. ad 12. Marci 9. v. 42. ad 48.
    - An. æt. 33, 22. Martij, Die Solis — Lucæ 17. v. 1. & 2.
  - Phariſæis & ſcribis — An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Marci 12. v. 38. 39. & 40. Lucæ 20. v. 46.
  - Hominibus — An. æt. 32, 15. Maij, Die Mercurij — Matth. 10 v. 17.
  - Ambitione
    - An. æt. 33, 9. Auguſti, Die Saturni — Lucæ 9 v. 46. 47. & 48.
    - An. æt. 34, 23. Martij, Die Lunæ — Matth. 20. v. 24. ad 29. Marci 10. v. 42. ad 46.
    - An. æt. 34, 2. Aprilis, Die Iovis — Lucæ 22. v. 23. ad 31.
  - Hypocriſi — An. æt. 34. 31. Martij, Die Martis — Marci 12. v. 38.

E

- *Repræhendit & vel*
  - Plures ſimul
    - Phariſæos Scribas & Legiſperitos propter vicioſos eorum mores
      - An. æt. 34 / 11. Martij / Die Mercurij — Lucæ 11. v. 37.
      - An. æt. 34 / 31. Martij / Die Martis — Matth. 23 v. 13 ad 37.
    - Diſcipulos Quod ſint
      - *Sine intellectu* — An. æt. 33 / 26. Aprilis / Die Saturni — Matth. 15. v. 16.
      - *Increduli*
        - An. æt. 33 / 6. Auguſti / Die Iovis — Matth. 17. v. 17.
        - An. æt. 34 / 14. Maij / Die Iovis — Marci 16. v. 14
    - Turbam quod in rebus terrenis ſint oculatiſsimi, in cæleſtibus vero ſpontanea malitia cæci. — An. æt. 34 / 12. Martij / Die Iovis — Lucæ 12 v. 54 ad 58.
  - Vnum vt Petrum ob curioſitatem — An. æt. 34 / 20 Aprilis / Die Lunæ — Ioh. 21. v. 21 & 22.
- *Exprobat*
  - Vrbibus quibuſdam impœnitentiam
    - An. æt. 32. / 8. Auguſti / Die Mercurij — Matth. 11 v. 20 ad 25.
    - An. æt. 34 / 6. Ianuarij / Die Martis — Lucæ 10 v. 13 14 & 15.
  - Ieroſolymitanis ingratitudinem & crudelitatem
    - An. æt. 34. / 18. Martij / Die Mercurij — Lucæ 13. v. 34 ad finem.
    - An. æt. 34 / 31. Martij / Die Martis — Matth. 23 v. 37. & 38.
  - Iudæis voluntariam cæcitatem — An, æt. 33 / 23. Octobris / Die Iovis — Ioh. 9. v. 39 ad finem.
- Teſtificatur de Iohanne Baptiſta
  - Eius Perſona / Quod ſit Elias — An. æt. 32 / 8 Auguſti / Die Mercurij — Lucæ 7 v. 24. ad 30. / Matth. 11 v. 7 ad 15.
- *Conſolatur*
  - Se ipſum contra Iudæorum incredulitatem — An. æt. 32 / 8. Auguſi / Die Mercurij — Matth. 11. v. 25. 26 & 27.
  - Diſcipulos ſub cruce
    - An. æt. 32 / 16. Maij / Die Mercurij — Matth. 10 v. 28 ad 32.
    - An. æt. 34 / 12. Martij / Die Iovis — Lucæ 12. v. 4. ad 8.

- **F Vaticinatur.**
  - viris & vel de
    - Se ipſo & tum vel
      - De
        - Morte & paſſione An. æt.
          - 31
            - 24 Septembris. Die Solis: Lucæ 5 v. 35.
            - 5. Aprilis Die Mercurij: Iob. 3 v. 14 & 15.
            - 16. Decembris Die Saturni: Marci 2 v. 20
          - 33 5. Auguſti Die Mercurij { Matth. 17. v. 12. Marci 9. v. 12.
          - 34
            - 28. Martij Die Saturni: Iob. 12. v. 7 & 8.
            - 31. Martij Die Lunæ Lucæ 20 v. 13 ad 19.
            - 1. Aprilis Die Mercurij Matth. 26 v. 2.
            - 2. Aprilis die Iovis Matth. 26 v. 45. & 46.
        - Paſſione morte & Reſurrectione poſt triduum An. æt.
          - 31 1. Aprilis Die Saturni Iob. 2 v. 18 ad 23.
          - 33
            - 15. Iulij Die Martis { Matth. 16. v. 21. Lucæ 9. 22.
            - 6. Auguſti Die Mercurij. Matth. 17 v. 22 & 23.
            - 8. Iunij Die Solis Marci 8 v. 31.
          - 34
            - 18. Martij Die Mercurij Lucæ 13. v. 32.
            - 23. Martij Die Lunæ { Matth. 20 v. 17 18 & 19; Marci 10 v. 32. 33 & 34.; Lucæ 18 v. 31 32 & 33.
        - Tempore paſſionis An. æt.
          - 33 12. Octobris Die Solis Iob. 7 v. 33 & 34.
          - 34 29. Martij Die Solis Iob. 12. v. 35.
        - Loco Paſſionis. { An. æt. 34. 18. Martij Die Mercurij } Lucæ 13. v. 33.
        - ModoPaſſionis ſeu Crucifixione An. æt.
          - 33 17. Octobris Die Veneris Iob. 8. v. 14 ad 21.
          - 34 29. Martij Die Solis Iob. 12. v. 32. & 33.
        - Regno ſuo & Eccleſia huius mundi { An. æt. 33. 29. Iulij Die Martis } Matth. 24 v. 27 ad finem. Marci 8. v. 34. 35. (14. v. 17. Lucæ 9 v. 23. 24 & 25.
        - Aſcenſione ſua in cælum An. æt.
          - 33 5. Aprilis Die Saturni Iob. 6. v. 62.
          - 34 2. Aprilis Die Iovis { Lucæ 22 v. 69. Iob. 14. v. 2.
        - Aduentu ſuo ad judicium { An. æt. 33. 29. Iulij Die Martis } Matth. 16. v. 27 & 28.
        - Signis adventum perceſſuris { An. æt. 34 31. Martij Die Martis } Matth. 24 v. 3 ad finem.
        - Forma aduentus { An. æt. 34 31. Martij Die Martis } Matth. 25. v. 31. ad finem.
      - Quod
        - Se Meſsiam & filium Dei fuiſſe Poſt ſuam mortem cognituri ſint { An. æt. 33 17. Octobris Die Veneris } Iob. 8. v. 28. 29 & 30.
        - Sit diſcipulos ſuos proceſſurus in Galileam { An. æt. 34 2. Aprilis Die Iovis } Matth. 26. v. 31. Marci 14. v. 27. Iohan. { 14 v. 30; 18. v. 8.
    - Diſcipulis
      - Omnibus
        - De Perſecutione illorum { An. æt. 34 12. Martij Die Iovis } Matth. 10. v. 29. Marci 13. v. 12. Lucæ 12 v. 11 & 12. Ioh. 16 v. 1 ad 5.
        - Fore ut
          - Offendatur in ſe { An. æt. 34 2. Aprilis Die Iovis } Matth. 26 v. 31. Marci 14 v. 27. Iob. { 16. 30.; 18. 8.
          - Iudicent mundū { An. æt. 34 22. Martij Die Solis } Matth. 19 v. 28.
          - Accipiant Sp Sanctum poſt ſuam aſcenſionē An. æt.
            - 33. 15 Octob. Die Mercur Iob. 7. v. 38.
            - 34. 2 Aprilis Die Iovis (Matth. 26 Marci 14. Io. { 14 16 17; 16. 7 ad 16
      - Vni & vel
        - Petro de
          - abnegatione { An. æt. 34 26 Aprilis Die Iovis } Matth. 21 v. 33 ad 36 Marci 14 v. 33 ad 35 (Lucæ 22 v. 39
          - Morte { An. æt. 34 20 Aprilis Die Lunæ } Iob. 21. v. 18 & 19.
        - Iudæ de proditione { An. æt. 34 2 Aprilis Die Iovis } Matth. 26 v. 21 ad 26. Marci 14 v. 18 Lucæ 22 v. 14. Iohan. 13 v. 27.
    - Iudæis
      - Tantum de vaſtatione & interitu { Eorum Vrbis Templi Totius politiæ } An. æt. 34. 1. Aprilis Die Mercurij } Matth. 26 v. 6. ad 14. Marc 14. v. 3 ad 10 Iob. 11. v. 2.
      - & Gentibus Quod { Iudæi excludentur a regno; Gentes inſerentur regnum } Chriſti An. æt. } æt. 31. 17 Maij Die Iovis Mat. 8. v. 11 12 Mat. 21. v. 42. & 43
  - Mulieri de premio eius quod ſuperinfudit alabaſtrum ſuper caput eius. { An. æt. 34 1. Aprilis Die Mercurij } Matth. 26. v. 6. ad 14. Marci 14. v. 3. ad 10 Iohan. 11. v. 2.

G *Tectæ in his vel*

- **Docet de**
  - Opibus precioſiſsimis Euangelijparab.
    - *Theſauri abſconditi Matth. 13. v. 44.*
    - *Margaritarum Matth. 13 v. 45, & 46.*
    - *An. æt. 32. 6. Octobris Die Solis*
  - Cauſa calamitatum ſcelerum & damnationis mundi parabola
    - Seminis multiplicis — *An. æt. 32. 6. Octobris Die Solis* — *Matth. 13 v. 18. ad 31. Marci 4. v. 2 ad 21. Lucæ 8 v. 4 ad 16.*
  - Malitia diaboli in excitandis hæreſibus parab.
    - Zizaniorum — *An. æt. 32 6. Octobris Die Solis* — *Matth. 13 v. 24. ad 31 & v. 36. ad 44.*
  - Statu Eccleſiæ: Quod bonis mali ſemper ſint admixti parab.
    - Sagenæ jactæ in mare — *An. æt. 32 6. Octobris Die Solis* — *Matth. 13 v. 47 ad 51.*
  - Dei affectu erga miſeros peccatores parabola
    - *Ovis perditæ* — *An æt. 33 9. Auguſti Die Saturni* — *Matth. 18. v. 12 ad 15.*
    - *An æt. 34 21. Martij Die Saturni* — *Lucæ 15 v. 13 ad 8.*
    - Drachmæ & filij prodigi — *An æt. 34 21. Martij Die Saturni* — *Lucæ 15 v. 8 ad finem.*
  - Dei patientia: Quod quidem ſit longa; ſed ita tamen ut judicium tandẽ exerat parab.
    - Ficus — *An. æt. 34 13. Martij Die Veneris* — *Lucæ 13 v. 6. ad 10.*
  - Regno Dei: quod habeat tenuia initia: at progreſſus inſperatos parab.
    - Grani Sinapis — *Matth. 13 v. 31 & 32. Marci 4 v. 30 ad 33. Lucæ 13 v. 18.*
    - *Fermento in farinam inmiſſo* — *Matth. 13 v. 33. Lucæ 13 v. 20.*
    - *Seminante ſemen ſuum in terram Marci 4 v. 26.*
    - *An. æt. 32 6. Octobris Die Solis*
  - Deo quod in vocandis & ingenerandis hominibus ſecundum miſericordiam ſuam libere agat parab.
    - Operariorum in vinea — *An. æt. 34 22. Martij Die Solis* — *Matth. 20 v. 1 ad 17.*
  - Se ipſo quod ſit verum regni cælorum oſtium parab.
    - *Oſtij & ovilis* — *An. æt. 33 24. Octobris Die Veneris* — *Ioh. 10 v. 1 ad 19.*
  - Ingratitudine & crudelitate
    - Phariſæorum & Pontificũ parab.
      - *Patris familias elocantis ſuam vineam agricolis Seruos & filium ſuum unicum interficientibus* — *An. æt. 34 31. Martij Die Martis* — *Matth. 21 v. 33 ad finem. Marci 12 v. 1 ad 13. Lucæ 20 v. 9 ad 20.*
    - Vulgi Parab.
      - Vocationum ad nuptias — *An. æt. 34 31. Martij Die Martis* — *Matth. 22 v. 1 ad 15. Lucæ 14 v. 16 ad 25.*
  - Cauſa quæ faciat hominem alicui proximum parab.
    - Samaritani — *An. æt. 34 7. Martij Die Saturni* — *Lucæ 10 v. 29 ad 38.*
  - Divitibus quod illis nemo ſit dementior ſi ab opibus ſuis dependẽt cum ne vita quidẽ divitijs poſsit progari parab
    - *Agricolæ divitis cuius agri exuberarunt* — *An. æt. 34 12. Martij Die Iovis* — *Lucæ 12. v. 16 ad 22.*
  - Precatione
    - In ea eſſe perſeverandũ parab.
      - Iudicis iniqui — *An. æt. 34 22. Martij Die Solis* — *Lucæ 18 v. 1 ad 9.*
    - In fiducia ſuſcipienda parab.
      - *Phariſæi & puplicani* — *An. æt. 34 22. Martij Die Solis* — *Lucæ 18 v. 9 ad 15*
      - *Amici* — *æt. 34 8 Maij Die Solis Lucæ 11 v. 5. ad 10.*
- *Hortatur. Dehortatur Repræhendit* — Vide H

H

- ***Hortatur***
  - Diſcipulos vt
    - Tempeſtive ſe componant ad quasvis ærumnas perferendas parab.
      - Aedificantis turrim
      - Regis belligerantis
      - An. æt. 34, 21. Martij, Die Martis — Lucæ 14 v. 27 ad 34
    - Sibi & alijs ſapiant ni omnium velint eſſe maxime fatui parab.
      - Salis
      - An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Lucæ 14 v. 34 & 35.
    - VerbumDei non occultent ſed palam prædicent parab.
      - Civitatis in montem extructæ
      - Lucernæ
      - An. æt. 31, 26. Maij, D. Veneris — Matth. 5 v. 14 15 ad 17.
      - An. æt. 32, 6 Octobris, Die Solis — Marci 4. v. 21 & 22.
      - An. æt. 32, 12 Auguſti, Die Solis — Lucæ 8. v. 16.
  - Auditores
    - Ad
      - Mutuam delictorum condonationem parab.
        - Regis rationes conferentis cũ ſervis
        - An. æt. 33, 27 Auguſti, Die Mercurij — Matth. 18 v. 23. ad finem.
      - Vigilantiam parab.
        - Decem virginum expectantium ſponſum
        - An. æt. 34, 31 Martij, Die Martis — Matth. 25 v. 1. ad 14.
    - Ne ea quæ à DEO acceperunt ſive ſpiritualia, ſive temporalia proximo ſubtrahant, ſed libenter ſuppeditent, ac operam dent vt ipſum DEO lucrentur parab.
      - Minarum, quas dominus proficiſcens ſuis decẽ ſeruis tradiderat
      - An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Matth. 25. v. 14. ad 31.
- ***De hortatur diſcipulos ab impia doctrina***
  - Phariſæorum & Saducæorum — Parabola
    - Fermenti
    - An. æt. 33, 8. Iunij, Die Solis — Matth. 16. v. 5 ad 13.
- ***Reprehendit***
  - Diſpulos
    - Ob ignorantiam illorum in rebus ſpiritualibus parab.
      - Diſpenſatoris injuſti
      - An. æt. 34, 21. Martij, Die Saturni — Lucæ 16. v. 1. ad 12.
    - Ob falſam de regno Chriſti opinionem parabol.
      - Nobilis in longinquam terram proficiſcentis
      - An. æt. 34, 23 Martij, Die Lunæ — Lucæ 19. v. 11 ad 28.
  - Principes Sacerdotum & ſeniores populi ob Hypocryſin parab.
    - Duorum filiorum alterius morigeri, alterius immorigeri.
    - An. æt. 34, 31. Martij, Die Martis — Matth. 21. v. 28. ad 33.
  - Iudæos ob illorum Negligentiam / Securitatem — Parab.
    - Puerorum in foro ſedentium & ſodales ſuos acclamantium.
    - An. æt. 32. 8. Auguſti, Die Mercurij — Matth. 11 v. 16. ad 28. Lucæ 7. v. 31. ad 36.

- I Colloquia
  - Familiaria in his vel
    - Quærit ex
      - Diſcipulis
        - Omnibus
          - An ſe velint deſerere? — An. æt. 33, 5 Aprilis, Die Saturni — Ioh. 6. v. 67.
          - Quem ſe eſſe dicant
            - Homines? — An. æt. 33, 15 Iulij, Die Martis — Matth. 16. v. 13 & 14. (& 28. Marci 8. v. 27. Lucæ 9. v. 18. & 19.
            - ipſi? — An. æt. 33, 15 Iulij, Die Martis — Matth. 16. v. 16. Lucæ 9. v. 20 & 21 Marci 8. v. 29.
          - An intellexerint omnia quæ dixerit? — An æt. 32, 16. Septembr, Die Iovis — Matth. 13. v. 51.
          - Quid in via inter ſe diſputauerint — An. æt. 33, 9. Auguſti, Die Saturni — Marci 9. v. 33 & 34.
        - Vno tantum & vel
          - Petro Quid ſentiat. De regibus terræ, à quibus ſumant tributa? — An. æt. 33, 7. Auguſti, Die Iovis — Matth. 17. v. 25. 26. 27.
          - Philippo: Vnde panes emant? — An. æt. 33, 3. Aprilis, Die Iovis — Ioh. 6. v. 5 ad 15.
      - Adultera, Vbi ſint eius accuſatores? — An. æt. 33, 16. Octobris, Die Iovis — Ioh. 8. v. 10.
    - Reſpondet
      - Indicantibus ei aliquid & tum vel
        - Multis & vel
          - Phariſæis qui ad eum deferebant Quod Herodes conſtituerit eum occidere — An. æt. 34, 18 Martij, Die Merc: — Lucæ 13 v. 31 & 32.
          - Quiduſdam qui annunciabant ei: Quod Pilatus ſanguinem Galilæorum miſcuerit cum ſacrificijs illorum. — An. æt. 34, 13. Martij, Die Veneris — Lucæ 13. v. 1. ad 6
          - Legatis Lazarum ægrotare annunciantibus — An. æt. 34, 20 Martij, Die Veneris — Ioh. 11. v. 3. & 4.
        - Vni & vel
          - Ei qui indicat matrem & fratres eius foris expetere eius alloquium — An. æt. 32, 12 Auguſti, Die Solis — Lucæ 8. v. 20.; An. æt. 32, 18 Auguſti, Die Saturni — Matth. 12. v. 47 Marci 3. v. 32.
          - Iohanni qui indicat ipſi quod *prohibuerit vna cum reliquis diſcipulis quendam dæmonia eijcientem ex eo quod non ex illis eſſet.* — An. æt. 33, 9 Auguſti, Die Saturni — Marci 9. v. 38. 39. 40. Lucæ 9. v. 49 50.
      - Renuentibus quid facere vt
